

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De vitijs oppositis pr[a]edictis iustiti[a]e partibus, & primo de acceptione  
personarum, qu[a]e opponitur iustitiæ distributiuæ. Quæstio 63.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

QVÆST. LXII. ART. VIII. 97

Ad primum ergo dicendum, quod præceptum de restitutione facienda, quamvis secundum formam sit affirmativum, implicant tamen in se negativum præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere.

Ad secundum dicendum, quod quando aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absolutit eum ab instanti restitutione facienda: sicut etiam tota litera à restitutione abscluitur, si omnino sit impotens. Debet tamen remissionem, vel dilationem petere a eo, cui debet, aut per se, aut per alium.

Ad tertium dicendum, quod quia cuiuscumque circumstantia omissione contrariatur virtuti, pro determinata est habenda; & oportet illam circumstantiam obseruare. Et quia per dilationem restitutionis, committitur peccatum iniustæ detentionis, quod iustitiae opponitur: id est necesse est tempus esse determinatum, ut statim restitutio fiat.

QVÆST. LXIII.

*De acceptione personarum, in quatuor articulos diuisa.*

D EINDE considerandū est de vitijs oppositis prædictis iustitiae partibus. Et primo de acceptione personarum, quæ opponuntur iustitiae distributiuæ. Secundo, de peccatis quæ opponuntur iustitiae commutatiuæ.

¶ Circa primum queruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum personarum acceptio sit peccatum?

¶ Secundo, vtrum habeat locum in dispensatione spiritualium?

¶ Tertio, vtrum in exhibitione honoris?

¶ Quarto, vtrum in iudicijs?

A R T I C. I.

*Vtrum personarum acceptio sit peccatum?*

A D primum sic proceditur. Videatur, quod personarū acceptio non sit peccatum. In nomine enim *infra. a. 2. co. et Ro. 2. 16. 2. 16. 5. fin.*

Sec. sec. Vol. ij. G ¶ 2 Præ-

¶ 2 Præterea, In rebus humanis personæ sunt principaliores quā res: quia res sunt propter personas, & non ē conuerso. Sed rerum acceptio non est peccatum. Ergo multo minus acceptio personarum.

¶ 3 Præterea, Apud Deum nulla potest esse iniqitas, vel peccatum. Sed Deus videtur personas accipere: quia interdū duorum hominum vnius conditionis, vnum assumit per gratiam, & alterū relinquit in peccato, secundum illud Matth. 24. Duo erunt in lecto, vnum assumetur, & alius relinquetur. Ergo acceptio personarum non est peccatum.

SED contra, Nihil prohibetur in lege diuina, nisi peccatum. Sed personarū acceptio prohibetur, Deut. 1, vbi dicitur, Non accipietis cuiusquam personam. Ergo personarum acceptio est peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod personarū acceptio opponitur iustitiæ distributiæ. Consistit enim qualitas distributiæ iustitiæ in hoc, quod diuersis personis diversa tribuuntur, secundum proportionem ad dignitates personarum. Si ergo aliquis consideret illam proprietatem personæ, propter quā id quod ei confereatur, est ei debitum: non est acceptio personæ, sed cause. Vnde \* glossa super illud ad Ephes. 6. Personarum acceptio nō est apud Deum, dicit quod Deus iudex iustus causas discernit, non personas. Pura si iudex aliquis promoueat aliquem ad magisterium, propter sufficientem scientiæ: hic attenditur causa debita, non persona. Si autem aliquis consideret in eo, cui aliquid confert, non id propter quod id quod ei datur, est ei proportionatum, vel debitum; sed solum hoc, quod est iste homo: (puta Petrus vel Martinus) hic est acceptio personæ: quia non attribuitur ei aliquid propter aliquā causam, quæ faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur personæ. Ad personam autem referuntur quæcumque conditio non faciens ad causam, propter quam sit dignus hoc dono. Pura si aliquis promoueat aliquem ad prælationem vel magisterium, quia est diues, vel quia est consanguineus.

*glossa inter  
linea ibid.*

guineus suus est acceptio personæ. Contingit tamē aliquam conditionem personæ facere eam dignam respectu vnius rei, & non respectu alterius. Sicut cōfanguinitas facit aliquem dignum ad hoc, quod instauratur hæres patrimonij, non autē ad hoc quod conferatur ei pralatio ecclesiastica. Et idē eadem conditione personæ in uno negotio considerata facit acceptiōnem personæ; in alio autē non facit. Sic ergo patet, q̄ personarum acceptio opponitur iustitiae distributione in hoc quod præter proportionē agitur: nihil autem opponitur virtuti nisi peccatum. Vnde consequens est, quod personarum acceptio sit peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod in distributionia iustitia considerantur conditions personarum, quæ faciunt ad dignitatis, vel debiti causam. Sed in acceptiōne personarum considerantur conditions, quæ non faciunt ad causam, vt \* dicitur est.

Ad secūdum dicendum, quod personæ proportionantur, & dignæ redduntur aliis, quæ eis distribuuntur, propter alias res quæ pertinent ad conditionem personæ: & idē huiusmodi cōditiones sunt attendendæ tamquā propriæ cause. Cum autē considerantur ipsa personæ, attēditur non causa ut causa. Et idē patet q̄ quamvis personæ sint digniores simpliciter, non tamen sunt digniores quoad hoc.

Ad tertium dicendum, quod duplex est datio. Una quidem pertinens ad iustitiam, quæ scilicet aliquis datur alicui quod ei debetur. Et circa tales dationes attenditur personarum acceptio. Alia est datio ad liberalitatem pertinens, quæ scilicet gratis datur alicui quod ei non debetur. Et talis est collatio munorum gratiæ, per quæ peccatores assumuntur à Deo. Et in hac donatione non habet locum personarum acceptio; quia quilibet absque iniustitia potest de suo dare quantum vult, & cui vult: secundum illud Matth. 20. An non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade.

*in corpora  
re art.*

Verum in dispensatione spiritualium, locum habeas  
personarum acceptio?

353

A secundum sic proceditur. Videtur, quod in dispensatione spiritualium locum non habeat personarum acceptio. Conferre enim dignitatem ecclesiasticam seu beneficium alicui propter consanguinitatem, videtur ad acceptancem personarum pertinere: quia consanguinitas non est causa faciens hominem dignum ecclesiastico beneficio. Sed hoc non videtur esse peccatum: cum hoc ex consuetudine praetere ecclesiæ faciant. Ergo peccatum personarum acceptanceis non videtur locum habere in dispensatione spiritualium.

¶ 2 Præterea, Præferre diuitem pauperi videtur ad acceptancem personarum pertinere, ut patet Iac. 2. Sed facilius dispensatur cum diuitibus & potentibus, quod in gradu prohibito contrahant matrimonium, quam cum alijs. Ergo peccatum personarum acceptanceis non videtur locum habere circa dispensationem spiritualium.

¶ 3 Præterea, Secundum iura sufficit eligere bonum; non autem requiritur, quod aliquis eligat meliorem. Sed eligere minus bonum ad aliquid altius, videtur ad acceptancem personarum pertinere. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

¶ 4 Præterea, Secundum statuta ecclesiæ eligendus est aliquis de gremio ecclesiæ. Sed hoc videtur ad acceptancem personarum pertinere: quia quandoque sufficientiores alibi inuenirentur. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

SED contra est, quod dicitur Iac. 2. Nolite in ep. 29 ad personarum acceptance habere fidem domini nostri Hier. de Iesu Christi: ubi dicit<sup>\*</sup> gloss. Augusti. Quis ferat, si clinando quis diuitem eligat ad sedem honoris ecclesiæ, con ad fin. to. templo paupere instruiore & sanctiore?

5. RESPONDEO dicendum, quod sicut<sup>\*</sup> dictum est, acceptio personarum est peccatum, in quantum contrariatur.

riatur iustitiae. Quanto autem in maioribus aliquis iustitiam transgreditur, tanto grauius peccat. Vnde cū spiritualia sint temporalibus priora, grauius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium, quām in dispensatione temporalium. Et quia personarum acceptio est, cum aliquid persona attribuitur præter proportionem dignitatis ipsius; considerare oportet, quod dignitas alicuius persona potest attendi dupliciter. Uno modo simpliciter, & secundum se: & sic maioris dignitatis est ille qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune. Contingit enim quandoque, quod ille qui est minus sanctus & minus sciens, potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam secularem, vel propter aliquid huiusmodi. Et quia dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem, secundum illud 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: id est quandoque absque acceptione personarum, in dispensatione spiritualium illi qui sunt simpliciter minus boni, melioribus præferuntur. Sic etiam & Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis.

Ad primum ergo dicendum, quod circa consanguineos prælati distinguendum est. Quia quandoque sunt minus digni & simpliciter, & per respectum ad bonum commune. Et sic si dignioribus præferantur, est peccatum personarum acceptio in dispensatione spiritualium. Quorum prælatus ecclesiasticus non est deo minus, ut possit ea dare pro libito, sed dispicator: secundum illud 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Quandoque vero consanguinei prælati ecclesiastici sunt eque digni, ut alii. Et sic licet potest absq. personarum acceptione consanguineos suos præferre: quia saltē in hoc præsumunt, quod de ipsis magis considerare potest, ut unanimiter secū negotia ecclesiæ

102 QVÆST. LXIII. PART. II.  
tractent. Estet tamen hoc propter scandalum dimit-  
tendum, si ex hoc aliqui exempli sumerent etiam  
præter dignitatem, bonæ ecclesiæ consanguineis  
dandi.

Ad secundum dicendum, quod dispensatio matri-  
monij contrahendi principaliter fieri consuevit pro-  
pter fœdus pacis firmādum. Quod quidem magis est  
necessarium communi utilitati circa personas excel-  
lentes. Et ideo cum eis facilius dispensatur absque  
peccato acceptionis personarum.

Ad tertium dicendum, quod quantum ad hoc,  
quod electio impugnari non posset in foro iudiciali,  
sufficit eligere bonum, nec oportet eligere melio-  
rem: quia sic omnis electio posset habere calumniam.  
Sed quantum ad conscientiam eligentis, necesse est  
eligere meliorem, vel simpliciter, vel in compara-  
tione ad bonum commune: quia si potest haberi ali-  
quis magis idoneus erga aliquam dignitatem, & alius  
preferatur, oportet quod sit propter aliquam cau-  
sam. Quæ quidem si pertineat ad negotium, quantum  
ad hoc erit ille qui eligitur, magis idoneus: si vero  
non pertineat ad negotium id quod consideratur ut  
causa, erit manifeste acceptio personæ.

Ad quartum dicendum, quod ille qui de gremio  
ecclesiæ assumitur, ut in pluribus consuevit esse vi-  
lior, quantum ad bonum commune: quia magis di-  
ligit ecclesiam in qua est natus. Et propter hoc  
etiam mandatur Deuteronom. decimo septimo, Nea-  
poteris alterius gentis hominem facere regem, qui  
non sit frater tuus.

### ARTIC. III.

*Virum in exhibitiōne honoris, & reuerentia locum  
habeat peccatum acceptionis personarum?*

354  
quol. 10.  
ær. 12.

A tertium sic proceditur. Videtur, quod in exhi-  
bitione honoris & reuerentiae non habeat lo-  
cum peccatum acceptionis personarum. Honor enim  
nihil aliud esse videtur, quam reuerentia quadam  
alicui exhibita in testimonium virtutis; et pater per

Phili-

QVÆST. LXIII. ART. III. 103

Philosophum in 1.º Ethic. Sed pralati & principes *lib. i.c. 5.*  
sunt honorandi etiam si sint mali, sicut etiam paren- *so. 5.*  
tes, de quibus mandatur Exod. 20. Honora patrem  
tuum & matrem tuam : & etiam domini sunt à seruis  
honorandi, etiam si sint mali, secundum illud 1. ad  
Timotheum sexto, Quicumque sunt sub iugo serui,  
dominos suos honore dignos arbitrentur. Ergo vide-  
tur quod acceptio personæ non sit peccatum in exhibi-  
tione honoris.

¶ 2 Præterea, Leuit. 19. præcipitur, Coram cano  
capite confurge, & honora personam senis. Sed hoc  
videtur ad acceptiōē personarū pertinere; quia  
quandoque senes non sunt virtuosi, secundum illud  
Dan. 13. Ego eſta eſt iniqüitas à senioribus populi. Er-  
go acceptio personarū non eſt peccatum in exhibi-  
tione honoris.

¶ 3 Præterea, Super illud Iac. 2. Nolite in per-  
sonarū acceptiōē habere fidem, &c. dicit\* glossa, *in ep. 19.*  
Augustini, Si hoc quod Iacobus dicit, Si introierit *ad Hier.*  
in conuentu vestro vir habens annulum aureum, &c. *so. 2.*  
intelligatur de quotidianis confessiōibus: quis hic non  
peccat, si tamen peccat? Sed hęc eſt acceptio perso-  
narū, diuities propter diuitias honorare. Dicit  
enim \* Gregorius in quadam homilia, Superbia no-  
stra retunditur: quia in hominibus non naturam, *ho. 28. in*  
qua ad imaginem Dei facti sunt, sed diuitias hono-  
ramus. Et sic cum diuitiae non sint debita cauſa ho-  
noris, pertinet hoc ad personarū acceptiōē. Ergo personarū acceptio non eſt peccatum circa  
exhibitionem honoris.

S E D contra eſt, quod dicitur in\*gl. Iac. 2. Qui-  
cumque diuīem propter diuitias honorat, peccat: &  
pari ratione, si aliquis honoretur propter alias cau-  
ſas, quæ non faciunt dignum honore: quod pertinet  
ad acceptiōē personarū. Ergo acceptio perso-  
narū in exhibitione honoris eſt peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod honor eſt quoddā  
testimonium de virtute eius, qui honoratur. Et ideo

*glo. inter-*  
*lin. super*  
*illud Ia-*  
*cob. 2. No-*  
*lite i p.r.*  
*personarū*  
*acceptio.*

G 4 sola

104 QVÆST. LXIII. ART. III.  
sola virtus est debita causa honoris: sciendum tamen quod aliquis potest honorari non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius. Sicut principes & prælati honorantur, etiam si sint mali, in quantum gerunt personam Dei & cōmunitatis, cui præficiuntur; secundum illud Proverbiū 26. Sicut qui immittit laudes in accerum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Quia enim gentiles ratio cinationem attribuebant Mercurio, acerbus Mercurij dicitur cumulus ratio cinij, in quo mercator quandoque mittit unum lapillum loco centum marcarum: ita etiam honoratur insipiens qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatis. Et eadem ratione parentes, & domini sunt honorandi, propter participationem diuinæ dignitatis, qui est omnium pater & dominus. Senes autem sunt honorandi propter signum virtutis, quod est senectus, licet hoc signum quandoque deficiat. Vnde, ut dicitur Sapientia 5. Senectus venerabilis est, non diurna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Diuites autem honorandi sunt propter hoc, quod maiorem locum in communitatibus obtinent. Si autem solum intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum acceptio personarum.

Et per hoc paret responsio Ad obiecta.

ARTIC. IV.

*Vtrum in iudicijs locum habeat peccatum acceptio personarum?*

335

*ar 1. hu-  
ies ques.*  
**A**d quartum sic proceditur. Videtur, quod in iudicijs locum non habeat peccatum acceptio personarum. Acceptio enim personarum opponitur distributiæ iustitiae, ut dictum est. Sed iudicia maxime videntur ad iustitiam cōmutatiā pertinere. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudicijs.

**Q**2 Præterea, penitentia secundum aliquid iudicium infliguntur. Sed in penitentia accipiuntur personæ absque peccato: quia grauius puniuntur qui inferunt iniurias in per-

In personas principum, quām qui in personas aliorum. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudiciis.

C 3 Præterea, Ecclesiast. 4 dicitur, In iudicando esto pupillis misericors. Sed hoc videtur esse accipere personam pauperis. Ergo acceptio personarum in iudiciis non est peccatum.

SED contra est, quod dicitur Prover. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut \* dictū est, iudicium est actus iustitiae, prout iudex ad aequalitatem iustitiae reducit ea, quæ inæqualitatem oppositam facere possunt: personarum autem acceptio inæqualitatem quandam habet, in quantum attribuitur alicui personæ aliquid præter proportionem suam, in qua consistit aequalitas iustitiae. Et ideo manifestum est, quod per personarum acceptiōē iudicium corruptitur.

Ad primum ergo dicendum, quod iudicium duplīciter potest considerari. Vno modo quantum ad ipsam rem iudicatam: & sic iudicium se habet communiter ad commutatiuum, & ad distributiuum iustitiam. Potest enim iudicio diffiniri qualiter aliquid commune sit distribuendum in multos, & qualiter alteri unus restituat, quod ab eo accepit. Alio modo potest considerari quantum ad ipsam formam iudicij, prout scilicet iudex etiam in ipsa commutativa iustitia ab uno accipit, & alteri dat: & hoc pertinet ad distributiuum iustitiam. Et secundum, hoc in quolibet iudicio locum habere potest personarum acceptio.

Ad secundum dicendum, quod cum punitur aliquis grauius propter iniuriam in maiorem personam commissam, non est personarum acceptio: quia ipsa diuersitas personæ facit, quantum ad hoc, diuersitatem rei, ut supra \* dictum est.

Ad tertium dicendum, quod homo in iudicio debet pauperi subuenire quantum fieri potest: tamen

q. 58. ar.

10. ad 3.

¶ q. 61.

art. 2. ad

tert. am-

sine

sine læsione iustitiae . Alioquin non haberet locum illud quod dicitur Exod.23. Pauperis quoque non misereberis in iudicio .

## QVÆST. LXIV.

*De vitijs oppositis commutatiis iustitia: & primò de homicidio , in octo articulos diuisa .*

**P**otest considerandum est de vitijs oppositis commutatiis iustitiae . Et primò considerandum est de peccatis , quæ committuntur circa inuoluntarias commutations . Secundò de peccatis que committuntur circa commutations voluntarias . Committuntur autem peccata circa inuoluntarias commutations per hoc , quod aliquod nocumentum proximo infertur contra eius voluntatem . Quod quidem potest fieri dupliciter , scilicet facto & verbo . Facto quidem cum proximus læditur vel in persona propria , vel in persona coniuncta , vel in proprijs rebus . De his ergo per ordinem considerandum est . Et primò de homicidio per q̄ maximè nocetur proximo .

¶ Et circa hoc queruntur octo .

¶ Primo , vtrum occidere animalia bruta , vel etiam plantas , sit peccatum ?

¶ Secundo , vtrum occidere peccatorem sit licitū ?

¶ Tertio , vtrum hoc licet priuatæ personæ , vel solum publicæ ?

¶ Quarto , vtrum hoc licet clero ?

¶ Quinto , vtrum licet alicui occidere seipsum ?

¶ Sexto , vtrum licet occidere hominem iustum ?

¶ Septimo , vtrum licet alicui occidere hominem , seipsum defendendo ?

¶ Octavo , vtrum homicidium casuale sit peccatum mortale , ?

## ARTIC. I.

396. *Vtrum occidere quacumque viuentia sit illicitum ?*

*1. d. 39. q. 2. a. 2. co. 3. cont. e. 3. 142. p.* **A**d primum sic proceditur . Videtur , quod occidere quacumque viuentia sit illicitum . Dicit enim Apostolus ad Roman . 13. Qui ordinationi Dei resistunt , ipsi sibi damnationem acquirunt . Sed per ordi-